

www.e-rara.ch

Hērodotou Logoi ennea, hoiper epikalountai Mousai

Herodotus

Basileae, [1557]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-104620>

Proœmium In Historias Herodoti, Ioachimi Camerarii, Ad Illustrem Principem & Dominum,
Dominum Georgium ab Anhalt, & c.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PROOEMIUM IN HISTORIAS
HERODOTI, IOACHIMI CAMERARII, AD
Illustrem Principem & Dominum, Dominum
Georgium ab Anhalt, &c.



MNIBVS mortalibus ab ipsa Natura hunc sensum insitum uidemus, GEORGI clarissime Princeps, ut libenter & iucundè reminiscantur eorum, quæ olim sustinuerint atque pertulerint: id quod & ueteri uerbo significatur Euripidei uersus, qui à Cicerone Latine factus refertur, Suauis est præteritorum laborum memoria. Quod si de illis ueteribus molestiis aliquid commodi partum sibi esse meminerint, tum uerò non uoluptatem modò de his capere, sed gloriam etiam sperare ac quærere consueuere. In hac ego cogitatione & ipse cum ad studia adolescentiæ pueritiæq; referor meæ, illa tirocinia doctrinæ in animum mihi cum singulari suauitate recordationis subeunt, quæ prima feci in Academia Lipsiaca ductu & auspicijs optimi & doctissimi & fidelissimi, & profectò in hoc genere heroici magistri Georgij Helti Vorhemensis, ad quem annu ingressus XIII cū deductus fuisssem, & cōmendatus traditusq; illi à matre mea, ita fui deinde fermè quinquennio apud eum, ut, paterno me animo cōplexus, nihil diligentia curæq; maximæ, in me erudiendo instituendoq; bonis literis atq; artibus & præceptis uirtutis omitteret. Nō aberat in eo erga me in seueritate digna magistro, comitas ætati meæ grata. In proponendis ijs quæ discerem magna attentio, in excercenda opera mea penso quæ exigendo summa assiduitas. Itaq; illum cum metuerem, obseruarem, reuererer ut magistrum, non secus tamen & amabam & colebam ut parentem. Sed cuius eximia merita si prædicare uelim, prolixa oratione, & uerbis pluribus opus esset, quàm institutū opusculum ferre uideatur. Hactenus igitur mentione optimi & doctissimi uiri habita, ad ea quorū occasione hanc assumsimus, pergamus. Illo igitur tempore ueritate studiorū, humanitatis & bonarum artium in dies magis ac magis apparente, aduenere Lipsiam & Græcæ linguæ periti Ricardus Crocus Britanus, & qui illum in Germania infera audierat, Ioannes Mezelerus Presolauiensis, non inferior ille præceptore: qui postea iuris ciuilis scientia instructus, summos honores in patria consecutus fuit: quos ita gessit, ut ante aliquot annos mortuus incredibile desiderium sui reliquerit ciuibus uniuersis. Paulo post eodē & Petrus Mosellanus uenit, iuuenis (ut ipse facile postea declarauit) ad omnia summa natus. Ibi ille meus magister, qui intelligeret nihil posse in eruditione doctrinæ absq; Græcæ linguæ cognitione perfici, cū & ipse, quāuis ætate prouectior, discere soleret, me tamē cū hortādo monendoq; tum etiam iure suo cogendo, maiore cum cura et cupiditate adhibuit ad huius linguæ studiū. cumq; me interpretibus illius, & Croco in primis (quo multū utebatur, quemq; beneficijs suis obnoxium habebat) & gratia et promissa à me mercede facile conciliaisset, non desijt toto penè triennio sua instigatione hūc cursum meū urgere. Cumq; Crocus statuisset domi suæ quibusdā priuata opera Herodoti historias explicare, nos etiam tū ad hunc autorem cognoscendum à Magistro sumus missi. Et si aut Crocus uix per-

ἀλλὰ καὶ τὸ
συνέχεται
μνηστὴρ
τοῦ

uenit ad secundum illius autoris librum enarratione sua: ego tamen captus dulcedine et elegantia, atq; etiam facilitate scriptoris, cum celeriter diuersitatem quandam sermonis, quam *διεικτιον* uocant, percepissem, ita postea semper in illo legendo hesi atq; perseueraui, ut qualemcumq; (sentio enim quam exigua hac sit) facultatem Græcæ linguæ consecuti sumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaq; & nunc eum, quod tum usus fui, acceptum à magistro Herodoti codicem, tractatum uersatumq; à me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis & scriptura nostra insignem, inter alios omnes & diligo maximè: &, quoties fortè aspexi, non unquam fere temperare mihi possum, quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis studij iucundissima cogitatio, et illum laborem me diocrem, non tamen fuisse omnino *ἀλιον, ὅδ' ἀτέλεστον ἰδὼν ὅν ἰδῶσα*, lator. Autorem aut istum tanti facio animo meo, ut nullum omnium aliorum huic meritò anteponi posse censeam. Itaq; cū exempla historiarū illius & requiri à studiosis Græcæ linguæ, & nō facile reperiri comperissem, autor fui Ioanni Heruagio, strenuo & attento chalcographo, ut sua in Officina expressa edere, & hoc tempore ad usum cupidorū eruditionis publicare uellet. Neq; me fugit, posse hoc testimonium de Herodoto meū uideri magis amoris esse erga illum tam longo tempore confirmati, quam iudicij: uel etiam illo hoc esse corruptum. Notum enim, quod & Astrologi usurpant, *τὴν Φιλίαν καὶ τὸ μῖσος ἐλαττοῦ τὰ μέγιστα, καὶ μεγαλύνει τὰ μικρότατα*. Quapropter hoc loco placuit causas exponere, cur tanti facerem illum: & ueluti rationes referre sententiæ nostræ, atq; etiā respondere ijs quæ rescuissimus aduersus ipsum dici soleret: ut intelligi posset, neq; nos temere, aut de puerili persuasione quadā illum celebrare, & insectatores ipsius ad malignitatis crimen, quandam etiam imprudentiæ ignominiam sibi accersere. Ac nostra sententiā paucis illa quidem confirmabitur. Responsio erit longior, ut necesse est: de qua tamen & ipsa, inductio animi mei, et rationum conclusio magis atq; certius poterit perspicui. Cum igitur in quocumq; autore in primis id quod ab illo susceptū est ad exponendum, et ipsa expositio cōsiderari soleat: in priore hæc ferè spectanda ad laudem existimo, si eæ res sumtæ delectæq; sint, quarū cognitione aliq; adiuuari, quæq; ipsæ suapte bonitate placere posse uideant: in posteriore, si expositio sit uerbis, sententijsq; apta atq; consentanea: Quæ breuiter dicta, latè patent ad intelligendum. Sed in utroq; quid Herodotus neglexit, uel non præstitit potius, quo minus præclarissimus & celeberrimus autor haberi debeat: Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quāti et ipsa sit putanda, quantumq; ponderis habeat, quis non uidet: quis ue ignorat, omniū consensu maximam huic laudem, admirationem, reuerentiā deberi: Cum autem priorum temporum historias, uariarum quidem gentium, sed potissimū Persarum et Græcorū, componendas, & narratione sua exequendas suscepisset, non ne potius præcipuas et præclaras res complexus est expositione sua, q̃ nihil atq; futiles: ut fecere fortasse & ueteres aliqui, certè posteriorū ex illo genere Sophistico multī, qui nihil nisi inani quadam oblectatione animos leuiū quorundam afficere studuerunt: sicut ille Aethiopicorum & deæ Syriæ autor, de quibus facile existimari potest de similibus operibus aliorū. Ergo nihil tale in hoc esse autore affirmo: Minimè equidē: sed hoc caput esse historiæ nego, cū sit potius expositio et exaggeratio quædā illius. Argumentū aut et caput quod: fundationes, euerfiones, mutationes regnorū maximorū, opulentissimarū urbū, expugna-

expugnationes, successiones potētissimorum regum, celeberrimarum ciuitatum fortunæ & imperia. Oratio uerò nōne placidissimè decurrēs, omnibus ornamentis conspicua est & illustris: sola compositione, ut Ciceroni placet, dissolutior: id est, numeris carens, cū naturalium quædam in illa tamen numerorū modulatio insit, à quo ipso etiā præstantia quædam non abest. Narrationes sunt disertæ: indicationes expressæ & speciosæ: explicationes accuratæ & euidentes: collectiones certæ atq; plenæ. in his rerum gestarū, hominum, temporū fides, accurata compertorum relatio, dubiorum coniectura sagax, fabulorum uerecunda commemoratio. Mira ubiq; simplicitas, & eximius quidam candor. Quæ omnia historiæ potissimū famam, dignitatē, uirtutem constituunt & perficiunt. His breuiter & strictim cōmemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehēdi, quorūq; nomine uituperari à quibusdā ille solet, accedamus. Contra quæ cum dicemus, etiam eorū pleraq; quæ posuimus paulo antè, tractabunt copiosius & enodatius. Ac primū de illa uulgari & sanè ueteri accusatione mendaciorū, pauca disseramus. Nō enim certè res ipsa multa desiderat. Aldus etiā Manutius iam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam sunt illa obsecro mendacia? Quidā sanè profitētur ea se annotasse & cōfutasse, quæ utinā peruenissent in manus nostras: ita enim futura esset responsio copiosior. Neq; desunt, qui Herodoti potissimū scripta illi Satyræ insectationi occasione præbuisse phibeāt, ut audaciā mentiēdi in historia Græcorū exagigaret. Nam Athos, ut ille loquitur, uelificatus deridetur, & cōpedes Hellespontī, epotaq; flumina Medo. Nōnulli fabulosas quasdā narratiūculas infertas passim historiæ, ut huius grauitate indignas reſciūt, & propter illas auctore mendaciū damnāt. Sed de ijs quæ memorātur ab Herodoto, propter magnitudinē nobis incredibilia, per iniquū fuerit iudiciū, si nō uera esse ideo statuemus, quod notis cuiq; rebus, moribus, disciplinæ nō similia, neq; rationibus nostris cōgruētia esse uideant: siq; nō nisi ijs quæ facile intelligere et animo cōplecti possimus, fidem habēdā esse ducemus. Quam multa illi ipsi, qui hæc antiquiora falsa fictaq; esse affirmare audent, se uidisse referūt, & pro certis cōmemorāt, à quibus assensio legentiū refugit? Etiā posteris hoc nostris accidet, ut multa quæ nūc nimis uerè sūt atq; gerūtur, expositione inflata & amplificata esse suspiciētur. Sunt sanè quedā inaniora, nō em̄ nego, in talibus: ut in peregrinatorū, & qui adiere illa loca, quæ Tellus extrema refuso Sum mouet oceano, sermonibus. cuius inhumanitatis tamē fuerit, uniuersum genus narrationū istarū semel abijcere, ut futile & uanū? Quod si fiat, omnē historiæ rationē cōfundi, habitūq; peruertere necesse sit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non est ignotū. Hæc nobis scilicet probabuntur de sensu & cognitione oppidulorū nostrorū. Quid enim ad illa spacia, uel maxime urbis omniū quas nouimus ambitus? Itaq; & Aristoteles gentē regionē ue appellandā potius Babylona, & si qua alia æqualis fuerit, q̄ ciuitatē aut urbem, censet. Quid de fertilitate soli Assyrii quæ narrat, an nos credere poterimus de nostris aruis? Quo tamen loco ipse ignoratiæ incredulitatem refutauit, sic enim ait: Ita bene fert ea terra fruges, ut nunquā non reddat ducena. Si autē q̄ potest optimè tulerit, reddit trecena, folia tritici & hordei lata nascunt digitis cōmodis quatuor. At milij & sesami quā procere arbores exeāt, in scientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorū nō fuere, minimè credituros uel ea quæ de frugibus modo diximus. Sunt autē hæc etiam distinguenda. alia enim ad utilitatem aliquam legentium, uel explica-

Orat.

Iuuenalis
Sat. x.ωολιτι-
νὸν γ.

λεγοι.

tionem eorum de quibus narratio fit, referuntur atque pertinet, ut Babylonis
 descriptio, et copiarum Xerxis enumeratio: de quorum altero facile perspicere
 tur, merito fuisse securos ciues in tali, & ita munita urbe: alterum & potentiam re-
 gni Asiatici, & in quod tum periculum Græcia uenerit, demonstrat. Vtrumque
 autem documentum quoddam dat, nullas quamuis magnas vires, infractas, neque
 opes inuictas esse. In alijs nihil queritur, nisi uel delectatio, uel ut audientium
 animi moueantur noua mirabilique narratione: ut de griphibus, formicis In-
 dicis, phœnice, & his similibus. Horum, ut illa omni equidem mendacii crimi-
 ne planè libero, ita haud facile concessero, in horum ullo mendacii manifesti au-
 torem redarguendum esse, cum tot derisa quondam et exhibita, penè iam com-
 perta esse existimentur: cumque non minus istis à ueritate abhorrentia multa
 asseuerentur ab ijs, qui non audiuisse de alijs, sed seipsos aspexisse dicunt: ut
 nihil tam sit absurdum, quin fidem reperire posse uideatur. sed ab his receda-
 mus. Ob fabulosas quidem narratiunculas, tantum abest ut quasi menda-
 cem in celsi uituperarique autorem hunc debere putem, ut etiam, cum & aptis-
 simè illas inseruerit, & bellissimè concinnarit, & uenustissimè composuerit, ad-
 mirandus: cumque instructionem in singulis aliquam uitæ, consiliorum, actio-
 num comprehenderit, eximiam gratiam quoque ab omnibus meritis esse uidea-
 tur. Quid quod fidem suam in his ferè liberat, caueteque ne quis simplicior deci-
 piatur, cum addit semper huiusmodi quiddam: ut ferunt, ut ego audiui, quod
 uerè mihi quidem simile non fit. In Euterpa uerò planè refutat illam fabulam
 de præcis ancillarum manibus: Hæc garrientes ita narrare mihi quidem ui-
 dentur. Item Melpom. fabulam de Psyllis præmunit: ea enim, quæ Afri per-
 hibeant, se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia? quod meminisse in
 tota historia uult lectorem: Ego, inquit, quæ fando cognoui, exponere narra-
 tione mea debeo omnia: credere autem esse uera omnia, non debeo. In con-
 iecturis quidem sequendis, cum de apparentibus, ut ipse ait, obscura collige-
 re studeret, si falsus est, cui obsecro omnium hoc non accidit: Neque qui tale
 aliquod erratum in scriptis ueterum animaduertit, sibi ideo placere, & illum
 contemnere debet, quod ferè in eruditiores isti facere consueuere, qui exul-
 tant ad hos notationum & reprehensionum successus, non secus ac si thesau-
 rum inuenissent: cum hic uerè tum thesaurus, secundum uetus uerbum, in
 carbones euadat. Sed paulum etiam ad fabulas illas reuertamur. Quæ ob-
 secro, cur offendant animum cuiusquam, cum ueritati & integritati historiae
 minimè officiant? Sed ut insertæ apud Thucydidem conciones, (quas cer-
 te, nemo, ut opinior, non confictas, neque, non quidem nullas, sed non
 tales ab ijs quibus attribuuntur habitas esse uidet) illæ tamen ut in grauitate
 huius auctoris admirationem, ita in dulcedine nostri fabellæ uoluptatem ha-
 bent. At egressiones, & nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab
 historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque ullo
 in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogen-
 dam, ut non liceat euagari & excurrere si libeat longius. Immo uel solus hic
 fructus est ingenij & industriæ studiorum, ut ueluti ostentatione iactantia-
 que sui gloriam laudemque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: Incorru-
 ptam, sanctam, castam, ut uirginem, debere esse historiam. Non corrup-
 punt enim, non uiolant hæc illam: sed exornant, ut aurum & gemmæ, pu-
 dicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem, Nam ut malæ &
 profligati

profligati pudoris foeminae, insigniorem reddunt comitu turpitudinem suam: ita quamuis uaria copiosaque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiae falsa & commentitia, merito in sua hac infamia quasi superba improbetur. Itaque non inornatam, non nudam, non contractam, sed splendidam, uestitam, explicatam, dummodo integram, & ut ita dicam, probam & incorruptam decet esse historiam. Cuius fidem omnem, nonne in temporum indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello quam pace a quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum consiliorumque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quae uniuersa nostrum autorem existimo et custodisse diligenter, & praestitisse preclare. Quae enim tempora indicauit falso, quae uel confudit? Quorum hominum locorum uel nomina posuit perperam? Res autem ab istis gestas quas complexus fuit narratione sua, accurate illas quidem retulisse non dubitarem asseuerare: certo autem et uere quoque, libere equidem crediderim, quantum ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consilijs profecto & occasionibus recensendis, qui circumspectionem & prudentiam requirit maiorem, nimium is quidem esse fastidiosus mihi uidetur. Ad haec si, ut in tabula magni & memorabilis argumenti adiuncta sunt ueluti *παράρτημα*, quibus undique illa insignis & conspicua reddatur, cuius quae uel rationis uel sapientiae, ne dicam incogitantiae & stultitiae fuerit reprehendere? Cum autem historia non solum delectationem cognitionis, sed instructionem etiam animorum continere debeat, ut et uoluptatem & utilitatem afferat legentibus: si his ipsis quae ut fabulosa notantur, etiam monita utilia atque salutaria multa insunt, quis iam eos non modo qui uituperent, sed qui laudent, iniquius ferre omnino possit? Fuit Candules rex Lydorum: *κλειστός* nemo, ut opinor, negare audet. Hoc tempore in aliam familiam translatum fuit regnum Lydiae: an quisquam falso hoc proditum dicit? Cur igitur illa iam culpant, de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quae si, quod haud scio an non sint, conficta essent, quanti multis de causis fieri mererentur? Nonne illam peruersionem animorum, quae ita mirabiliter, ut diuinitus effici uideatur, saepe urgentibus fatalibus casibus animaduertit, demonstrant? Quam speciosis & bonis sententijs illustris est narratio: Idem & in alijs multis poteram, si ne ullo exquisitiōis labore, ostendere. Expugnari praeter omnium metum & opinionem Sardis oportuit: sit iam illud de puero nato cum capite leonino falsum, quod fortasse minime est: quam pulchrum hoc? quod non circum ille urbem *κλειστός* tota latus fuit, quod si factum fuisset, capi secundum responsum diuinorum urbs non posset. Sint sane illa Scytharum dona ficticia: quid incommoditatis tamen *μελπομένη* habet, uel quid potius pulcritudinis & bonitatis non habet cum enarratio, tum interpretatio, elegans, festiua, acuta? Sed quare ego prauitate quadam animi non uera esse potius, id est, ita audita cognitaque autori putem? Eadem & de Xerxis *πολυμήνης* somnio, de regibus Macedonum, deque alijs similibus dici possint. Quapropter quod ad crimē hoc uanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam, & mendaciorum maculas deterfas esse confido. Neque possum satis animo constitutare meo, qui factum esse existimem, ut a ueteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi unus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut inuidia odium uel, ut mollius dicam, animi certa quaedam, destinataque inductio quosdam ad huiusmodi calumnias impulit. Sed haec uelle exquirere omittamus. Nunc ad aliam maiore studio susceptam, & grauius atque inimicius factam accusationem ueniendum, quam intendit huic uir magnae doctrinae & sapientiae laude clarus

Plutarchus Cheronensis, qui nostrum autorem acerbissimè postulauit, & cōvincere conatus est malignitatis, edito libello, cui prescripsit *πρὸς τὸν Ἡρόδοτον κατὰ τὴν ἀρετὴν*. Contra quē, etsi singularis est uiri autoritas, & celebris eruditio, cōcedi tamen nobis oportere puto, ut pro Herodoto dicere liceat: Si illi permittitur cōtra non minus se, quā nobis ipse est, antiquiorem Herodotū scriptio, atq; aliquanto certè præstantiorem multis nominibus uirtutū. Ipse quidem Plutarchus quo paratior uenit ad maledicendū Herodoto, & in eo copiosus fuit ac uehemēs, hoc minus lesisse illū putari debet. Quis est uerò, qui nō laudatissima quoq; cōuicijs impetere posse uideatur, cū Zoilos et Xenophanes siros habuerit Homerus: Quid aut uerbis cōquirere & cōprehendere homini nō in fanti neq; obtuso difficile: & dicit hoc egregiè Aeneas ad Achillem:

Iliad. v. Multa licet memoret conuicia uterq; uicissim:

Quē neq; centenis remis instructa carina
Perferat: ipsa etenim facilis, uerbisq; redundans,
Sermones uarijs hinc lingua reuoluit, & illinc,
Quisq; & fortè aliq; quod dixerit, audiet ipse.

Vt autē contra ea quæ quisq; improbet, dicere rectè possit: ita quomodo dicat, diligenter cōsiderandum, ne quid uel inscitè, uel etiam malignè improbare uideatur. Nam horum utrumcunq; deprehensum & notatum, contradictionem omnem infirmat, ita quidem sæpenumero, nemo ut responsione magnopere dignam arbitretur. De quo et elegantissimis uersibus et luculento sensu compositum epigramma Græcum Eueni ueteris poetæ fertur, quod nos quondam Latinum fecimus, ut sequitur:

Est multis pariter mos, omnia dicere contra,

Sed non & similis dicere recta labor.

His sat erit uerbum me commemorasse uetustum:

Hæc mihi cum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cauit, ne insimulando malignitatis alterū, malignitatem ipse quandam singularem suam proderet. Nam cū collegisset quasi intimos sensus & reconditā uoluntatē prauitatis malignorum, ad illa à se posita postea, ut pueri à magistris secundum capita quædā traditas materias deducere iubentur, sic accusationem suā applicauit in autorem hunc, ut ego quidem iudico, illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne dissimulauit ipse quidem, neq; textit causam irē ac odi sui. Nam suam ciuitatem, id est, Bœotos ignominia affectos & infamatos, ut ait, immeritò, grauiter fert, & dolēter. Hinc igitur illę lacrimæ, hæc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione sit, quam non ueritatis, sed ultionis cupiditas expresserit, apparet: ut illius quasi filum sequentes, refellere quæ congeisset singula nihil sit necesse. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus. Quod uero huic incipiens suauitatem orationis, qua iucundè commouerentur legentes, exprobrat: ad id nihil aliud respondendum censeo, quā quod Alexander Hæctori fratri, qui sibi in iurgio formositatē obieciisset, *ἔτοι ἀπέλκντ' ὅτι δεῶν ἐκινύδα δ' ὄρα*. Sed malignitatem omnem undiq; ita colligit, primum de usu nominum asperiore, deq; uerbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, si extra historiæ seriem alicuius uitia, uel si in hac laudes iucunius commemorentur. Præterea, cum plurium fortè sermones referantur, assentiri deterioribus: omnino enim cōiecturas sequi ad peiora, esse malitiosi & infensi animi. Postremò, laudis adiectiōe ueluti condire uituperationem, esse

esse enim simplicitatis hanc simulationem pessimam. Quid ad hec ergo dicemus: profectò nō reperit in Herodoto ista Plutarchus, sed animo suo cōquisita in illum intulit. Quare enim usum nominum uerborumq; in hoc autore nō probat: qui quidem, ut existimo, usus est diserta & accurata oratione atq; sua: quam à posterioris seculi forma differre, nos quoq; intelligere possumus. Quid autē causse fuerit, cur non potius illa uerè & simpliciter quam mendaciter & inuidè dici sentiamus: Egregium est quod conquerenti Lathenis factioni, quorū scelere prodita fuerat Olynthus, contumeliose à Macedonibus se nefarios proditores appellari, respondisse Philippum regem accepimus: Macedonas esse indoctā nationē, ac inciuilem, solereq; sicū nominare sicū, & ligonem ligonem. Quid autē offendit obsecro Plutarchum, quòd Herodotus protulit asperius quaedam, ac non molliuit appellationibus: Visum enim scilicet illi fuit, id dicere quod esset. Nam de cōiecturis sequēdis, deq; laude & uituperatione uniuersa, hoc licebit unū iterum atq; iterum respondere: De suo illum iudicio historiam susceptam exposuisse, neq; rectè facere eum qui ingenij sui uires in alieno opere explicare uelit, praesertim ad infamiam auctoris. Ego ut quicq; retulit, sic sensisse, audisse, comperisse existimo. Et cur nō in hac potius periuasione perseuerem, quam illam inducam maleuolentiae, puerilitatis, uirulentiae: Quia enim contumelia afficit diuina & humana, sacra & profana. Si uera sunt, quae est contumelia: Rectè enim ille in comedia negat se maledicere, cum, quae uera sint, dicat: sin falsa, ostendatur falsitas. Sed quomodo ostendit: Ratiunculis quibusdam et conclusiunculis leuissimis, quod quasi ipse sentiret, ne hoc quidem agere se ait, ut mendacijs, sed ut malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, si possumus. Ac laudationibus illis minutis & tenuibus, ut uult Plutarchus, quot possunt opponi praclare, et pleno ore, ut dicis, enunciate: Quale enim hoc: Omnium quos scimus hominū, primi Athenienses cursu illati in hostes sunt, omnium primi sustinere uestitus Medici, & hoc ornatorum aspectū, ad illud autē usq; tempus nomē quoq; Medorum terribile fuerat. Addantur his quae de Cynegiro scripsit. Ac ne quis Athenienses tantū laudatos benignius credat (in quo nescio quam suspicionem corruptae largitionibus uoluntatis mouet Plutarchus, temerè quidē, ut uidet, neq; ipse quicq; explanat.) Quid, parce ne Lacedemonios laudauit his uerbis: Sunt Lacedemonij in certaminibus singularibus haud ullis alijs inferiores: in acie uerò omnium mortalium praestantissimi. Quid horum ciues Spertiam & Bulin, parum ne praedicatione sua ornauit: sed hec innumerabilia sunt. Atq; in nomen sophistae etiam inuehitur, quasi probrosum: cum profectò eos qui ueluti opifices quidā essent Sapientiae, et artem quandam facerent illius, Sophistas, ut Citharistas et Grammatistas uocatos, & postea uitio hominum, ut in alijs pluribus euenit, nomen quoq; malè audisse constet. Nam quod exagitat praecalam sententiam de instabili & incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit, cui quidem similes & alibi legunt, nimiae sapientiae & pietati hominis concedatur: qui ueritus sit, ne si ita de Deo loquamur, ut humanus intellectus quae dicuntur percipere possit, parum pij esse uideamur. Cur ergo Deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus: Cur dicimus Deum irasci, cur ulcisci: etiā uereri profectò, tentare, poenitere, laetari, dolere, *πρόβω γὰρ λύπης καὶ χαρῆς ἰδόντων τὸ θεῖον.* sine quibus illa ne intelligi quidem possunt. Quid Xenophon, quo nemo fuit numinis colentior, nemo obseruantior, nemo impieta-

πολυμνῶς

"

"

"

ἡλειοῖ ὡς

est.

impietatis erga Deum acrior hostis, nonne eandem sententiam ponere non dubitauit in præclaro illo opere suo historiae rerum Græcarum? sic enim ait, *ἐκλυ. 5. ἡ αὖ δὲ θεὸς δὲ ὡς εἰσὶ πολλὰς χεῖρας, τὸς μὲν μικρὸς μεγάλους ποιεῖ, τὸς δὲ μεγάλους μικρὸς.* Hæc igitur sacrilega est in Herodoto sententia, quia secundū hominum intelligentiā φθονορὸν dixit esse τὸ θεῖον. Sed hæc quā sint futilia, quis non uidet? Omissam autem illam Retis fabulam, & Pittaci pugnam, ferat æquo animo Plutarchus: scēq; hoc consoletur, quod, ut ait, tot alias exposuerit non magis profectò fabulosas. Sed prætereunda sunt certè aliqua, indigna quæ refutentur: Cræsi quidem, an non satis clarè memorat eruditionē & doctrinam fortunæ aduersæ: cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγγόνει. Neq; Xenophon, sapiētissimus uir, dubitauit similiter post amissum regnū prudentiorem Cræsum pducere. Ac alias argumētationes illius de Ephesijs, Colophonijs, Chijs, ubi quā leui utitur ratione, quod Lampfacenus Charon, antiquior ille quidem Herodoto quædam non scripserit, quasi nihil oportuerit narrare Herodotum, nisi quod in literas iam esset relatū: quod dictū est perquā ridiculum. præsertim cum ipse profiteatur, eorum quæ alij non comprehenderint, mentionē facere decreuisse. Sed cū de illis, tū de Samijs, Corinthijs, Lacedæmonijs, de Isagora, Aristogitone, Atheniensibus, Plataeensibus, quæ disputat, patiamur sanè illum uincere. Quis enim, qui aduertere animum paulum modò uoluerit, non perspecturus facile est uictoriæ istius præclarū successum? Venio igitur ad plenam lunam: de qua ingenuè fateor, non intelligere me quæ à Plutarcho disputantur, Herodoti luculentissima narratio cum nemini, non sit euident. Dicit enim, negasse Lacedæmonios posse contra legem ante plenam lunam in expeditionem sese proficisci, & remansisse in patria dum lune orbis compleretur: ac postea profectos, ita accelerasse, ut tertio die in Atticam Lacedæmone peruenirent. Hæccine narratio illam merebatur Tragicam acclamationem, hunc autorem cælum ipsum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, deq; prælij die, sua fide affirmante utroq; uenia, ut opinor, dabitur ei qui fidem Herodoti pluris sibi faciendā quā Plutarchi, & illum potius quā hunc sibi esse sequendū putauerit. De Phidippi de etiā obscura est infectatio, & erat hic locus in nostro libro corruptior. Reliqua sunt calumnijs manifestis referta, & ubiq; cōspersa nigro sale, & atrocibus quidē illis, sed infirmis criminibus referta. Sanè Thebanos ut ciuitatem suam (notum enim fuisse hunc Cheronensem Borotum) exquisita & peracurata defensione propugnauit, & in hac parte admodum uexauit autorem nostrum. In quo quidem ignoscendum est dolori ipsius, sed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quā enim molestè fert & indignè, læsos oratione ab Herodoto suos? Hoc igitur, ut apparet, ulcus tangi noluit, neq; potuit ferre. Sed mendaciij crimine Herodotum, ut opinor, facile liberat, nō modò fama illis temporibus longè lateq; uagata, sed cōseruata etiam ad posteritatem proditiōis Thebanorum, de qua & Demosthenes argumentum duxit leuitatis et infidelitatis illius ciuitatis: & illud in sermonibus hominū semper permansit, decimam à Thebanis Apollini persolui oportere. Cuius mentionem à Xenophonte scimus semel atq; iterum fieri. Cum enim communi decreto statuissent Græciæ ciuitates quæ aduersum Barbaros consenserant, ab ijs qui nulla necessitate coacti Persæ se subiecissent, Delphico Apollini bello cōfecto decimā exigī debere, Thebani quidem potentia sua resistere decreto: sed quod illo tenerentur, fama memoriaq; hominū constantissimè perdura-

ἐκλυ. 5. Decretū fœderis extat in πολυμνίᾳ.

P R A E F A T I O.

perdurauit. Præterea quamuis malitiosum & prauum Plutarchus faciat Herodotum, non stultum tamen fuisse, neq; hebetem confitetur. Quid aut inco-
gitantius fieri potuisset, & in summa audacia amētius, q̃ ea affirmare atq; tra-
dere, quæ si falsa essent, non modò paulo antè defunctorū dictis atq; relatio-
nibus, sed memoriæ, uiuorum propemodum, testimonio refutari atq; redar-
gui possent: Et ille cū tam impudente mendacio, cū tam in consentanea ex-
positione, cū narratione tam dissidente, in celeberrimū frequentissimūq;
totius Græciæ cōuentum (ita enim accepimus) uenire: & illa uanissima atq;
leuissima scripta, plena maleuolentiæ & obtreccionis, reclamantibus diuino
rum & humanorum monumentorum inscriptionibus, recitare non dubita-
ret: Nimis ineptum & friuolum facis authorē, contra tuam quoq; existima-
tionem. Nō audiuiſſent, ac potius exhibiſſent, uel malè etiam multatum illo
tanto theatro eiecissent eum, qui planè ad irridendum & eludendum audito-
res, quiq; in communi Græciæ solenni cœtu ad nomen Græcū proſcinden-
dum lacerandumq; adesset. De consilio aut & facto Leonidæ retinendi The-
banos, etsi astutè disſerit, nemini tamē nō plurima in mentē uenire arbitror,
quibus hoc etiam loco defendi possit narratio. Adduxerat inuitos, sed sic, ut
à ciuitate delectos: ergo nō modò illius, sed suorū quoq; metus, hos cōtinuit.
Dimisit alios, quos minus alacres in aperto esse discrimine uidebat: illis enim
parcendū decreuerat. Quomodo uoluit aut, uel potuit omnino quadringen-
tos retinere, cū trecentos solum haberet ipse secū: primū uoluisse Leonidam
perdere istos Thebanos dixerat, neq; non plures quàm tercenti cum illo fu-
ere. Nam præter Theſpienses, etsi non dicitur, cū trecentis tamen Spartanis
secutos alios plures ditionis ipsorum, intelligere debemus. Ita enim fieri soli-
tum ſcimus, ut Spartani nequaquā ueluti solitarij, sed quodam satellitio suorū
ſtipati, in expeditionem proficiſcerentur, cum ſinguli interdum ad septenos
adducerent eorum quos *ἑλωτας* uocarunt. Sed quid facerent, aut in illis an-
guſtijs quid experirentur tutius, quàm quod retulit Herodotus: Neq; aliud
tēpus omnino uidetur fuiſſe uel defectionis, uel fugæ, uel transitionis, quàm
quod memorauit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri po-
tuit imploratio: Et interfectos enim ſcribit nōnullos, & uel de geſtu intelle-
ctum fuit ſupplices hos eſſe. Notas quidem cur impudentiſſimè conſingere
uoluerit, cauſſam equidem nullam reperio. Accuſat paulo poſt aſperitatem
uocabuli, quod de fuga conſuluiſſe dixerit Græcos. Nimis eſt ſeuerus noſter
Ariſtarchus. Atq; etiam illud non tulerit credo, quod rex regum cenſet auſu
giendum de Troia. nō enim, ut opinor, mollius eſt *φρόνων*, quàm *θρονοῦ
μου βουλὴν δίδωμι*. Quid uerò de Naxijs & Themistoſtle dicemus: Scilicet in
metu tanti belli, & tempeſtate barbaricæ claſſis ingruente, incredibile fue-
rit, inſulanos homines non ad eos proficiſci uoluiſſe, quibus nemo non
interitum aut ſeruitutem impendere exiſtimaret. Themistoſtoli uerò inde-
corum aut turpe fuerit, adiutum ipſum alterius conſilio, non ſolum omnia
commentum fuiſſe: at Agamemnonem non unum aut alterum, ſed de-
cem *συμφερόδμονας* optare non puduit. Nam in Artemiſia quod facetias con-
ſumit ſuas, quibus nequaquam abundat, feciſſe uidetur incogitantius. In
ijs quæ ſequuntur, quod non modò quid perperam ſcripſerit, ſed quæ ſcri-
bere etiam debuerit Herodotus, docere uult, ſit hoc & ipſum præclarè &
ſingularis ſapientiæ Plutarchi. Cætera inuoluta ſuſpicionibus, & aliena-
rum rerum mentionibus conſuſa, & fallacibus complexionibus intricata, &
anxietate

καλλιόπη

anxietate quadam mirifica accusationis sese ipsa infirmantia, uel relinqua-
mus sanè, uel ad priora remittamus. Ad omnia enim fermè responderi, diciq;
idem uidetur posse: Infaniam esse & furorem, non peruersitatem, neq; frau-
dulentiam, ea commemorare, quæ cum primùm cognita fuissent, hominū
scientia reprobarentur: à posterioribus autem inter se dissidere, & contraria
esse, facile perspicerentur. Et si autem homines docti ac ingeniosi non diffi-
culter reperiūt, quomodo aliquid dicendo euertere, odiosumq; reddere aut
suspectum possint: tanta est tamen uis ueritatis, ut nescio quo pacto, quam-
uis oppressa & obscurata, illa plerunq; tamen resistat atque eluceat, contra
dolos & uersutiam. Quapropter non quid conquisiuerit ad insectationem
Herodoti Plutarchus, neque conuicia quæ illi facit nimis cupide, neque stu-
dium exagitandi autorem antiquissimum, sed rem ipsam spectabimus. Ipsi
autem Plutarcho hoc dicimus:

— σὺ μὲν ἔκλειπ' ἀγορεύεις,
λ. 4. οἶδα καὶ ἄλλοι μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι
εἰ δ' ἔτι οὐδὲν ἴσθ' οὐ πῶδε ἀπονδύς ἀγορεύεις,
ὅς αἶψά δ' ἡ τοι ἔπειτα θεοὶ φρεσὶν ὤλεσαν αὐτοί.

Thucyd. li.
primo, λέγει
μὰ τὴν ἑσπερίαν
μᾶλλον ἢ
ἀγῶνισμα
ἐν τῷ παρὰ
ῥήματι ἐν-
σταται.

Sic enim uidetur non ille quidem quæ senserit ipse in hoc libello differuis-
se, sed uel aliorum uoluntati assentatus esse: uel quid in mala causâ posset,
ostendere uoluisse. Quod si de animi sui iudicio & inductione illa ad talem
modum disputauit, profectò in hac parte recessit à se ipse. Non enim aliter e-
xistimo, quam fuisse Plutarchum uirum non modò eruditum & sapientem,
sed etiam bonum. quam famam, præsertim probitatis, ut tueretur, minus cu-
rassè illum, apparet in proposito accusationis huius. Sed finem faciamus. nō
enim iucunda nobis fuit quasi cōtentio & rixa cum tanto uiro, quam tamen
ut necessariam omittere non potuimus, & in officiū, ut rati sumus, custodia, et
in studio nomini bonitatisq; autoris excellentissimi debito. Obijcitur autē
& hoc nobis, quod quidam uolunt à Thucydide contra Herodotum dici, de
fabulosis narrationibus & historijs confictis ad auditorum uoluptatem, quæ
cum delectatione tantummodo afficerent audientes: in præsentia quidem
iurarent, sed diuturnum fructum non haberent. Ego uerò non magis in He-
rodotum hæc conferri posse puto, quam in quemlibet priorum de scriptori-
bus historiarū. Et ut uerum fatear, illas planè priscas expositiones antiquis-
simarum rerum oratione & uerbis ad uenustatem, & iucunditatem quadam
animos perfundendum compositos, quales potissimum Pherecydis Syrii
fuisse accepimus, grauissimum autorem existimo ueritati rerum gestarum
non oportere præferri censuisse, ac hilaritatē historiæ cedere seueritati, neq;
suauitatis cuiusdam lenitatem, constantiæ & dignitati narrationis anteponi
uoluisse. Sed de hoc quisq; ut lubuerit, ita statuatur atq; sentiat. Nos autē hoc
teneamus: Non modò propter sermonis elegantiam, & illam cū ab alijs
tum Cicerone laudatam dulcedinem, & quasi amoenitatem quandam dili-
gendum hunc autorem, & in manibus semper habendum esse: sed propter
rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad uitam utilium senten-
tiarum copiam, ob plurima certò, accurate, prudenter, honestè dicta magni-
faciendum nobis, uel in suo potius genere anteponendum uniueris. Nota
sunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclarissima huius autoris.
Græcorū autem quæ opinio de his libris fuerit, satis indicat inscriptio nomi-
num Musarum, quibus omnem sapientiam & doctrinam & ingenij præstan-
tiam,

PRÆFATIO.

tiam, antiquitatem significasse notū est. Et quicumq; meminere ipsius, honoris & laudis præfationem semper usurpasse reperiuntur. Quas ob res, neque me pigere operæ positæ in hoc autore debere puto: neq; non hortandī mihi videntur omnes, ut studio singulari in hoc autore uersari, & illum præcipuo amore complecti uelint. Nam & mihi fructuosam fuisse lectionem huius uideor sentire, & alijs item futuram esse confido. Visum autem hunc ad te, Clarissime Princeps, peculiariter, tibi que dedicatum mittere, non modò quòd te comperissem cum ardentissimo studio ueritatis tuendæ teneri, tum uerò artes humanitatis incredibili cupiditate et ipsum colere, & eos qui excerceant, beneuolentia singulari prosequi: sed etiam, quia ad te iam pridem receptum Georgiū HELTVM sic tecū haberes, ut nihil omitteretur à te quod ad honorem dignitatemq; optimi & doctissimi uiri augendam pertinere posset. Itaq; si librum tuo illustri nomini dedicassem, illi quoq; donatum à me, illiq; simul tributum qualecunq; studium uenerationis nostræ arbitrabar. Quod ad hūc quidem attinet, mihi persuasissimum est, te talem tamq; omnibus uirtutibus ornatissimū Principem, ita per se suæque integritate & doctrina commendatum, Georgium tuum diligere, ut nulla accessio ad summū amorem fieri possit. Tuas uerò laudes, si quasi accinerem coram te, neq; gratum hoc tibi futurum, & alios suspiciosius interpretaturos esse præuidebam. Etsi est istud sanè genus literarum tale, ut quamuis illæ uni destinentur, ad omnes tamen communiter mittantur. Quid autem nouum ego, aut nō celebratum iam pridem afferre possim, quo tua fama illustrior reddatur, aut crescat gloria? Ego quidem cū de celebri prædicatione plurimorū, optimorum & doctissimorum uirorū suspicio & admiror excellentiam tuam, tum mirificè ueneror atq; uelut adoro diuinam quandā uoluntatem in te, & studium cœlestis ueri cultus numinis & religionis Christianæ. In quibus cum sint uniuersa, cum salus nostra tota hereat, cū omnis uirtutis perfectio consistat: quæ tamen incuria, quæ neglectio, quantum frigus omnium sit uidemus. Quid ego dicam etiam per ueritatem & prauitatem quorūdam, qui uel ambitione & spe honorum, uel metu amittendarum opum, uel quacunq; animi non admodum honesta affectione, & ipsi tenere & ab alijs defendi manifestos errores & deformitatem impietatis erga Deum & homines: & huic suæ cupiditati omniū studia & industriam seruire uolunt. Quare quo rarior uirtus hæc constantiæ est in animi magnitudine, in ueritate, in sapientia: hoc erit et his temporibus, et ad posteritatem maior & præclarior gloria tua. Et illos qui recedunt ab hac uia, in quam diuinitus sunt deducti, ueræ excellentiæ & principatus, si aliquādo poeniteat incogitantia suæ, siq; fortè malè audierint, nō fuerit mirandum. Heracliti inter alia & hoc fertur: Non faciendū Soli ut excedat spacia sua: quod si faciat, reperturas tamen illū furias administras iusticiæ. Quo nomine existimandū & hoc illum significare uoluisse, Reges ac Principes in terris certum cursum oportere & destinatum tenere iter, quod diuina uoluntas & constitutio præscripserit. Vnde si cum pernicie maxima rerum humanarum uelut exorbitarint, poenas & ipsi daturi sint non leues uiolatæ læsæq; maiestatis diuinæ. Id quod uerū esse, Christianæ magis doctrinæ lux ostendit atq; declarat. Quare te, Clarissime Princeps, ut excitatū diuinitus, & seculo nostro laboranti auxilio missum, meritò & colimus & ueneramur, inq; te benignitatem numinis amplectimur ac deosculamur. Sed conor, ut uideo, facere id quod me non posse suprà dixi. Itaq; finem faciam, cum te hoc unū, Clariss. Princeps, oro, ut inter plurimos & amatores uirtutis & admiratores excellentiæ tuæ, mi-

B hi quoq;

hi quoque locum relinquere non graueris. Et cum tanti facias Georgium HEL-
TVM, magistrum carissimum meum, quanti meretur sapientia & probitas &
eruditio hominis summa: me quoque, quem certe ille diligit quoque, ut non pro-
fus futili opere suo gaudet, aliqua parte beneuolentiae tuae complecti, & liben-
ter admittere hoc studium nostrum, neque repudiare existimationem de uirtu-
te tua, & ignoscere uel audaciae, uel confidentiae, si ita uideatur, in te compen-
sando meae, benigne uelis.

DE HERODOTO.

Lucianus
ἡγεμόνων
ἡγεμόνων.

ἡγεμόνων,
ἡγεμόνων.

Herodoti patrem fuisse Lyxam & Dryo matrem perhibent, patria Halicar-
nassensem: quod praescriptum nunc etiam in historia illius legitur. Paren-
tes in sua ciuitate bono loco natos tradunt, ipsumque fratrem habuisse Theodo-
rum nomine. Cum autem teneretur Halicarnassus a Lygdamide tyranno, nepo-
te Artemisiae reginae Cariae, secessit Herodotus in Samum insulam. atque ibi lin-
gua Ionica historiam magna cum cura composuit, relata in libros nouem:
quam cum infrequenti Graeciae conuentu Olympiorum recitauisset, sic placuit
uniuersis, ut ita audirent quasi Musas loquentes, ideoque libris qui nouem, ut di-
ximus, essent, Musarum nouem indidere nomina. Cum reuersus in patriam autor
fuisset ciuibus suis Tyranni expellendi, successit quidem res, sed inuidia maxi-
ma Herodotum excepit. Ita enim fieri solet, ut periculorum metum parta securi-
tate obrectationes ferere sequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos ci-
ues ratus, cum Atheniensium tum colonia in Thurios Italiae populos deduce-
retur, sua sponte illis se colonis socium addidit: & ibi finiuit uitam suam, sepultusque
fertur in foro, et si quidam Pellae mortuum fuisse tradidere. Ipse facit mentionem
λόγων ἀστυνέων & λόγων λιθυκῶν, quos conscripserit, de quibus tamen haec mentio
solummodo restat. Herodotum scribunt, cum recitaret in Olympiis, ut supra
retulimus, historias suas, audiuisse Thucydidem, qui adhuc aetate puer esset:
cumque Thucydides tum quasi diuinitus commotus lacrimas profudisset, ani-
maduertisse hoc Herodotum, & gratulatum fuisse patri ipsius Oloro:horta-
tumque, ut erudiendum curaret filium diligenter: gliscere enim in animo illius cu-
piditatem bonarum artium atque disciplinarum. De Herodoto Graecum Epi-
gramma fertur quo, memoratur & illa inuidiae fuga, & discessio in Thurios,
quod nos ita aliquando conuertimus:

Graeci epi-
gramma in
Stephano
extat: Sed
integrius in
Scholijs Ne-
bularum.

ἡγεμόνων.

Terra, satum Herodotum Lyxa, tegit ista sepultum,

Qui priscoe Ionicae laudem habet historiae.

Dorica produxit tellus hunc: unde fugatus

Inuidia, hac patria Thuride sedit humo.

Ex eo factum est, ut aliqui praescriptionem Halicarnassensis mutarent in Thu-
rijs: quod & Plutarchus annotauit in libello de Exilio. Reperio relatam hunc in
olympiadem LXXV II & LXXXIII. cum quo non dissentit quod traditum flo-
ruisse Thucydidem olympiade LXXXVII, et olympiade LXXXVIII mortu-
um Periclem Xanthippi filium, cuius Herodotus meminit. Plinius, ubi de Ebena
differit, Herodotum scribit Thurijs condidisse Historiam anno ab v. c. treces-
tesimo decimo. Quod & ipsum cum numero LXXXV II. olympiados con-
sentit, quo aliqui floruisse Herodotum tradidere: cum acceperimus, Romam
conditam esse circiter olympiada VI. Sanè cum Hellanico uixisse, fuisseque apud
Archelaum, traditum est: quod tempus & Euripidis poetae fuit, quem genitum
acceperimus eo die quo Persae fuere a Graecis fusi, Pherecydes & Hecateus diu
ante

DE DIALECTO.

ante illum historias & fabulas componere primi oratione soluta cœpere. Fuit & Xanthus quidam scriptor Lydus, quem in Lydorum historia secutum Herodotum putant. fuit & Charon Lampfacenus paulò hoc superior, qui & ipse bellum Persicum descripsit. Sed & Hellanicus suas historias ante Herodotum edidit, quas ipse se legisse significat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & sacris scripsit, & alius Medicus.

DE DIALECTO IONICA.

O Ratio Herodoti elegans est, & Ionice lingue propria quadam facilitate, sine omnibus ueluti anfractibus defluens. Dialectus autem, id est, peculiare orationis genus, Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nam & hæc quodam tempore appellatio Atheniensium, & Ionice omnes colonie Atheniensium fuere. In quibus accidit, ut sonus uocis, & forma sermonis, in alieno scilicet solo Asia atq; insularum mutaretur. Traditum autem est, appellatos primum Cranaos incolas Atticæ, cum Pelasgi adhuc Græciam tenerent: regnante deinde Cecrope, Cecropidas. Cui cum successisset Erechtheus, tum illis fuisse inditum nomen Atheniensium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, uel Apollinis, ut poetæ, filius, susceptus ex Creusa Erechthei filia, & Aegiali ac Helices regnum tenuit. Cuius gens postea à Dorienibus pulsi, ab Atheniensibus in ciuitatem recepti fuere. Varietates in Ionica lingua hæc ferè annotantur. α in η mutatur, nisi Doricum fuerit α. αι mutatur in η. Mutatur ε in η, diuisa diphthongo, itemq; in genitiuis nominum ος. ω mutatum est ex ε. Crassæ mutantur in tenues. Attica mutatio est α in ε. Vsurpant Iones ε cum ο, in genitiuis nominū ις: ubi Attici ω ponunt, cum ις quoque communis sit & Ionica flexio. Vertunt ω in κ. Item αω in ων. itaque hæc diphthongus Ionica uocatur. Pro ω accusatiuo faciūt οω. Duo ος in ξ mutant. Metaplasmus οι in ου, Ionicus est. similiter & aliæ quædam suæ huius dialecti formæ sunt. Est & mutatio η in α. Mutant ου in ου. item ε in α. Addunt Iones finali literam ι, & in uerbis σι syllabam. ω circumflexum εω faciunt. Interdum & non circumflexum ε, primæ declinationis εω faciunt. Vocalibus initialibus γ præponunt α, & producunt addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitiuum in οιο, de ου proferunt. ω faciunt ωι. Geminant consonantes, ut σς, ττ, ππ. Inserunt ε, item σ. nam δα primæ personæ pluralis δα, & δου dualis δου faciunt. Inserunt α in patronymicis. Iones integris & incōtractis uerbis, nominibusq; & participijs, aduerbijsq; omnibus deniq; orationis partibus utūtur. Mutant λω, εα. Augmenta præteritorū & aliarum dictionum initia abijciunt. τ nominum in ας in declinatione elidunt. Utuntur reduplicatione. Utuntur & transpositione tam literarum quàm syllabarum. Abijciunt ι de diphtongo ε. Initiales literas abijciunt ι. τ longum faciunt. suas habent tertias personas plurales præteriti perfecti passiuī, posita litera α ante τω finale, ut & in alijs. Infinitiuā per syllabā ιε producunt. Sunt & contractiones & synalcephæ Ionum. Sunt & apocope. Horum exempla promiscue subnotauimus, et alijs quibusdam proprietatibus dialecti Ionice indicatis. ἡρόδοτος ἀλικαρνασσῶς ἰσορείης ἀπόδεξῆς ἡδὲ, pro ἀλικαρνασσέως ἰσορείας ἀπόδεξις. θουμασά, pro θαυμασά. ἰδὺ τὴν ἰνᾶχον, pro ἰώ. πλύνας, pro πλέωνας. ἀπ' ἡς, pro ἀφ' ἡς. ἀπελόμνοι, pro ἀφελόμνοι. & ἀξιαπηνυτότατα, ἀξιαφηνυτότατα. ὡς ἀπὸς ἀφαιμῶν καὶ τὰ ἄλλα τῶν εἰνικῶν, pro ὡς ἀπὸς ἀφαιμῶν καὶ τὰ ἄλλα τῶν εἰνικῶν. ἐγγάνας, pro ἐγγόνες. ἡδε, pro ἡδὲ. δαῶντα, pro δαῶντα. μίδης, pro μίδας. θρόνον βασιλίου, pro θρόνον βασιλείου. ἐπὶ μὲν, pro ἐπὶ μὲν. ἐπεκράτεον, pro ἐπεκράτεον. λυεῖν τῶν ἡμε-

Pausan.
Achaicis.

ῥίωμ, pro λυεῖαν ἤν ἡμερῶν. κιδῶνας, pro χιτῶνας. ὑδὴ νόον ποικουσι, pro ὑδὴ νοῦν ποιούσιν. πρὸ δειπνε, pro πρὸ δεῖπει. ἐρόν, pro ἰρόν. ὀρτη, pro ἑορτή. κέν, pro ἐκέν. ἐώμ, εὐόα. pro ὠμ, οὔσα. κεχειδίδιατοι, pro κεχεισωμένοι εἰσί. ἐτετάχατο, pro τεταγμένοι ἔλαμ. τῶρ-
χάου, ὠνθροπε, ὠναξ, ὠνήρ, ἀτόρ, ταύθρωπυ, pro τὰ ἀρχαῖον, ὧ ἀνθρωπε, ὧ ἀναξ, ὧ ἀνήρ, ὧ
ἐτόρ, το ἀνθρῶπα. quæ Attica synalcepha & in alijs reperitur ut θατόρου, το ἐτί-
ρον. ὕβρις, πόλεως, pro ὕβρεως, πόλεως. ἐγχευίδιοις, ἐγχευίδιοις. ἐπιάν, ἀδελφεός, pro
ἐπαν, ἀδελφός. πύνομα, μουῦ, ξίν, pro τὸ ὄνομα, μόν, ξήν. ποιῶσι, pro ποιούσι.
ἐδικάειω, pro ἐδικαίου. μέγαδ, τάμεν, pro μέγισ, τίμεν. ὁπίωνδ, pro ὁπίονδ.
ῥέϊωμ, pro ὀρῶν. σπιδμεῶμνοι, pro σπιδμούμνοι. χρωμλῶν, pro χρωμλῶν. κυέν, pro κυ-
νή. αὐθροπηη, pro αὐθροπή. τυφῶ, ᾄδω, pro τυφῶν, ᾄδω: quod planè Atticum est.
πλειῶ, pro πλέον. πῶσδεκε, pro πῶσδεχ. ὠρα, pro ἴωρα. διξα, προξα, pro διοξα, τρισ-
σα. αὐτόπῃω pro αὐτόπῃον. γή πῃσι ἀμάξαισι, pro γή ταῖς ἀμάξαις. Ac concursum omni-
nino uocalium Iones amant. ἄδρησε, pro ἄδρασε, quæ non solerent aufugere.
ὑπθατέωμ pro ὑπθατέω. ὀκῶν, ὀκου, ἵστε, pro ὀπόκω, ὀπου, πότε. βουβάλις, ὅβλις, pro
βουβάλεις & ὄφεις. ἑσῶθγῆτες, pro ἑσῶθγῆτες. & ἑσῶνες pro ἑσῶνες. ἀδαίες, pro ἀδα-
εις. οἰκασί, pro εἰκασί. κόρια & γόρια, pro κόρα & γόρα contracto, de κόρα eliso τ.
ἑσελάδιατο, ἑσελμῶν ἦσαν. κατεστράφατο, κατεστραμμένοι ἦσαν. τραῦμα, pro τραῦμα, ὁ
millo v. nisi magis est à uerbo Ionico factum quod τραῦμα illi dicunt, id est, πα-
τραῦσκην. Apud Homerum, εἰρήρες pro εἰρήροι positum uolunt, εἰσαράματα ἐπιποῖς
Herodotus αὐτοκέλεες, pro αὐτοκέλυτοι. contrā μαρτυροὶ & φύλακοι Iones pro
μαρτύρες & φύλακες. ὄψαι pro ὄψε, quod Atticis est ὄψει. ἀπκοίατο, pro ἀπκοῖοντο.
ῥεμέατο, pro ὠρέμωτο. μαυασέωμ, pro μλωσῶμ. λαῖξας, pro λεῖξας. ου in oio solutio, & δια-
αδομ, ποινητικῶτόρου uidetur. παρώϊον, λῶϊον, pro παρῶϊον, λῶον. κραδίη, pro κερ-
διά. κερτορός, pro κερτορός: ut Homero κέρπαθ, pro κέρπαθ. Reduplicatio-
nes sunt Homericæ τετύνητον, ἐκλήλαθον, τεταγών. Herodotus ἀρείσημνοι dixit
pro ἡρημηνοί, γνῶδύτην pro γνῶδύτην, ἀρθαν δύμνοι pro ἀποθανούμνοι. Duplicationes
consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur, sed sunt poeticæ, ut ὄσομ
ῥοτόρος εἰμι, ὅτι τοι γνέμαγροισι, ὅππῳτ' ἀνῆρ ἐδέλη.

DE FIGVRIS ET VOCABVLIS QVIBVSDAM ANNOTAT.

Ionica linguæ usus posteriorum temporum aliquanto à prisco discrepare traditur. Sed nunc vocabula figurasque huic dialecto proprias annotare quasdam usum, præcipue quibus passim usus Herodotus esset. Frequens est igitur apud hunc, *νεν* *Αν* *νεν*, in narrationis veluti incremento. ut cum latinè dicitur, atque etiam: uel, tum: uel, tum etiam, & similiter.

Απὸ γινέσθαι significat exportare, siue deportare. ἀγινέσθαι, apportare & simpli-
citer ἄγειν. τὸν τὸ, id est, τὸ αὐτὸ, similitudinem & æqualitatē & coniunctio-
nem significat. κατὰ τὸν τὸ καὶ ἑλλῶν λέγουσι, idem ipsum quod Græci memo-
rant. Χίοι μὴν νῦν καὶ Εὐθραῖοι κατὰ τὸν τὸ σλαίγονται, eadem lingua utuntur. item
τὸν τὸ φρονήσαντες, de consensione & concordia. ἀλλοῖ, & πολὺν. συλλεγομένων δὲ
ἐς τὸν τὸ, cum conuenissent.

Anatrophæ sunt Ionum, ὄνειδες ὧς. Iliad. B. ὅς σ' εἰοικε κατὰ ὧς λαιδῶσ' ἔδωκε. ὧς ἐπὶ, ἐφ' ὧ. βοιωτὶ νῦν μὲν ἀνθρώπων κτλ. Iliad. B. τότε δ' ἦ δὴν εἶχευ ἤϊ γῆνα μέλαινα, id est, κατ' ἔχει. ἐπὶ cum genitivo etiam, ad, significat: ut, ἀρπλέοντας ἐπ' αἰγύ-
πτον. quod & ipsum planè Atticum est, ut ἀπ' ἡλθον ὑπὸ φυλῆς καλλιόπης, ἀπαλλάσσει-
σθαι ὑπὸ τῇ ἐξωντιέκας.

Cum aliter, tum interposito ὃν dirimunt coniungenda, μέχρι ἃ ὃν τὸ τῷ βίβλω
 πρὸς τὴν κόρυς ἐλίσσῃ, id est, πρὸς ἐλίσσῃ κατ' ὃν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. κατὰ μέ-
 φάρμα.

DE DIALECTO.

φάρμακας, pro κατεφάρμακας ἐμὲ. ἔπει τῷ τις βαρυλωνίων, pro τῷ βαρυλωνίων τις. ὡς δὲ αὐτως, pro ὡσαύτως δέ. Iliad. β. καὶ δὲ κγνὸν θυγαλλῶν. Iliad. ε. ἀπὸ ἡμελινδία θυμὸν ἔλωμαι, pro κατὰ δὲ θυγαλλῶν, & ἀφ' ἑλωμαι θυμὸν. Iliad. α. ἐκ δ' ἔλθω ἀπ' αἰθέρος, id est, ἐξ αἰθέρου δέ. τὸ δ' ἦρ' οὐρανόν, pro ὑψέρην. Polymn. ἀπὸ πάντων τὰ χεῖματα ἄγω, id est, ἀπ' ἅγω. ὥρη ἔχειν, respectum habere, aut curam. & ὁδεμὴν ὥρη ἔσαι, nihil momenti attulerit, uel nihil retulerit. Τῶν ἰδμν, pro ὡν ἰσμν: quæ comperta, aut cognita sunt. usitata parenthesis Herodoto.

Δωπῖνα, δωρεά, seu δόσεις, munera, largitiones. & ἔδωκε δωπίνῳ, dono dedit. Iliad. ι. οἱ κ' ἐδωπίνῃσι θεῶν, ὡς τιμῆσαι. & δωπινάζειν, dona corrogare.

μῖν dicunt, αὐτῶν. σφι, pro σφίσι, ponunt.

Ανελεῖν est respondere, ut de oraculis Latini dixere. ἢ μὲν δ' ἡ τοῦ χερσῆριον ἀνέλεμιν βασιλέα ἐν τῷ λυδῶν, Si oraculum responderit, ipsum regem Lydorum esse. ἔντορπην, ἀνέλε ὡς δ' τοῖ αὐτῶν αἰγυπῆ βασιλίσσαι ἔπα ποντήιοντα.

πάρει, præterquam. διφάσιον, geminum, seu duplex. & τριφάσιον, triplex.

οὐδ' αὖ μοι, id est, ὅδ' ἔγνων. γνέκω, id est, γνέγκω.

Præpositiones absolute, quasi aduerbiallyter sæpe ponunt. μετὰ δὲ Πισσατίας ἀπιομένους εἰς σάρδεις, postea uerò cum exercitus Sardis uenisset. καὶ πῶς ἀνεπισήμονον ἔκιν, præterea. Iliad. χ. πῶς δὲ μετὰ τὸν δούλιον ἐτι φρονέοντ' ἐλάειν. γν' δ' αὐτῶς ἐδύσατο νόστον χαλκῶν. Item, ὅτε πῶς δὲ εἰσατο καὶ Π. Polymn. γν' δὲ ἀρτέμιδι ἰδρὸν, in illo litore est fanum Dianæ.

Τετροῦδα, afflictum esse. & ἄτροντον πόνον, intolerabilem.

Νόμος, ut communiter legem significat. ut, σόλων ἀνὴρ ἀθλῶναιος, ὅς ἀθλῶναιος ἐκ λούσεσιν νόμους ποιήσας. & mores ac instituta, quæ & νόμια, ut θαλαίᾳ οὐτὸ νομίζονσι πολὺ τι καλίστους αὐτῶν νόμους ἔκαστοι εἶναι. In Melpom. ἐφ' ἡμεῖσι δὲ νομαίοισι καὶ οὐτοὶ αἰνῶς χεῖρα φέρονται, & consuetudinem, ac morem. εἰ δὲ ἀπαταῶ αὐτῶν πειδύντας, νόμος ἐστὶν οἱ. ἑλαιοί. Significat & pascua, ut apud Homerum quoque, ἐπεί κε νομῶν μιγέωσι. & regio, ut νομός θηβαίους μιν δῆσιος. & classis, ut νόμοι φόρων, in Thalia. Atque hæc posteriores duæ significationes sunt acuti nominis. Est & modorum appellatio, ut de Arione, νόμον τὸν ὄρεθιον διεξελθεῖν: quos apparet acutos fuisse, & concinī solitos uoce altiore. γν' χεῖρῶν νόμῳ, significat in conflictu, confertis manibus.

Ανακῶς ἔχειν, φροντίζω, seu ὑδιμελῶς ἔχειν.

Τῶν ἰόντι χερσῆριος, ueritate usus, eo quòd res erat. & πῶντι γε, reuera. & ἡ τὸ ἰόν, secundum ueritatem.

Κατὰ πάνυ, admodum.

Χεῖμα, ut σὺς μέγα χεῖμα. &, τυραννὶς χεῖμα σφαλοδόν. & χεῖμα πολλὸν νεῶν. & χεῖμα χεῖμωνος ἀφόρητον.

χεῖν, respondere, id est, oraculum reddere. ἡ δὲ πονθῆν οἱ χεῖ τὰς, responsum Pythia hoc reddidit. & χεῖσαντος τὸ θεῶν, κλειοί: cum oraculum redditum mihi sit. inde & χερσῆριον, sed hoc cōmunius. ἐννώσας, id est, γνῶνῆσας, cum intellexisset, ἑλαιοί. &, ἐν γνῶτω ἐμ χεῖμωνι πῶς, ἀμὰ τῷ ἦρι στρατεύειν: in animo habebat. & γνῶνῶ κασι, animaduenterunt. Αναπλῶσαι, pro ἀναπλῶσαι.

ἐλάμψεναι, pro ἐλάμψεναι. ut, ἔρ' δῆτοι καὶ ἐπεῖχε ἐλάμψεναι αὐτὸς, de equitatu Croesi: Quo, inquit, & ipse Cyrus oppressum iri se uerebatur. & μελπομένη, κατακλαμφθῆς pro κατακλυφθῆς, à uerbo λαμψέσθαι, quod ἀπ' ἐχέσθαι, id est, accipere illis significat. ζῶν, id est, βίος, uita. & ζωός, uiuus, ut & Odyss. λ. ζωὸς ἐὼν. & ζωὸς γρια, Odyss. ε. & ζωχρῆν, Iliad. ε.

Ionicum est, casum ad præpositionē referri, quæ cum uerbo adiuncto cōπο

β 3 lita est,

sita est. ut, ὅτι οἱ γνώοντες, id est, ὅτι ὁροῖτο τὸ γινώσκον, quid in se animaduverteret. Iliad. B.
 Τίς δ' αὖτ' ἄνδ' ἐμύφει, id est, ἐπὶ ἴνους μύμφει. ὁμοιοῦν ἐπέειν, id est, ἐν ἡδὴ τοῖς ὁμοιοῖς. Iliad. V.
 δραστὺν ἐκτορεῖ ἐπεὶ πρῶτος. id est, πρῶτος πρὸς τὸ ἐκτορεῖ. κλειοῖ. τρία γὰρ ἔτα ἐπαναβάλλετο
 τὴν σαροδίων ἀλωσίην. id est, ἐπ' ἔτα τρία. In tertium annum distulit Sardium expu-
 gnationem. ἀπόζει τὴν χώρας ἀρὰς, id est, ὥς ἐκ τὴν χώρας.

Sunt & ἀκρωπταῖ Ionicae uerbi substantiui. ut, γινῶσκω, μέτα μετέσι. πᾶς ἐμοῖ
 καὶ ἄλλοι, id est, πᾶρεσι ἐμοῖ.

περὶ, circum. ut, Arborib. clausi circū. uel circa: ut, Corpora multa uirū circa.
 φαρμακα, colores. κλειοῖ, πωμαχεῶνες ἡνθισμῶνοι εἰσὶ φαρμάκοις, nitent coloribus.
 & φαρμακδύειν, tingere.

κόσμος, τάξις, id est, ordo, ratio. κόσμον τὸνδε ὁ δηνόων πρῶτος ὅςτι κατέστησεν, hanc rationē primus instituit, uel ita res regni ordinauit. Item, ἐφ' ὅσον ὁδὸν ἐκώ-
 μω, de effusa fuga. Inde Homerica, κρημνίστε λαῶν. & αὐτὰρ ὡς κρημνίσθη ἄμ' ἑγμῶ-
 νεσσιν ἐκρυσσι. ἐπί τε, uicina partui.

μισύλλειν, difsecare, μίσυλόν τ' ἀρὰ τᾶλλα. κλειοῖ, ὁ μισύλλας κατὰ μόρια τὸ ἰσχυρῶν,
 secta in partes uictima.

ἀντίστοιχοι, γινῶσκοι, aduersarij. Singularis usus infinitiui ἔν, Ionicus est hoc
 modo, καὶ αὖτ' ἰώντες γινῶσκον λόγῳ πρῶτος μῶνος τὴν πρῶτον ἔν, ut hæc prima quidem
 cura esset. οὐδ' ἐμοι λογίζεσθαι ἐκόντων ἔν, quod uolentibus quidem nobis fiat. τὸ δὲ
 σύμπαν ἔν, in quo totum uerteretur, aut re ipsa. Ionicum est ἄγειν καὶ φέρειν, de
 hostilibus direptionibus. Herod. φέρουσι τε καὶ ἄγουσι τὰ σά. Et rursum, καὶ ἄγου-
 γας ἡδὴ καὶ ἐφόρου αὖτ' ἐπὶ τοῖς ἀπανταῖς. Iliad. ε. οἶόν κ' ἢ φέρουσι ἄλλοι ἢ κρημνίσθη. Neq;
 me fugit, & apud Xenophontem & alios Atticos autores hanc figuram
 reperiri. nam & alia quæ ut Ionica annotauimus, illi usurparunt. utriusq; enim
 lingue eadem, ut supra diximus, origo fuit.

ταρβύς καλῶμεν, κλειοῖ. interpretantur areolas arundineas, super quibus late-
 res areferent. sunt & ταρβύ ποδῶν, & remigia ταρβῶν habent appellationem.
 nominantur etiam ταρβύ in uolucibus.

καταγίγειν, κατὰ γίγειν, igni consecrari item immolare, & sacrificare. κλειοῖ,
 & μελπομεν. γάγισιν, θυτόπην, ὡς ἡρώϊ γάγισιν, inferias mittere.

μύδον, candens massa: ut, μύδον σιδήρεον: uel λίθος διάπυρος. Vt ille philoso-
 phus dixit, solem esse μύδον, Anaxagoras Clazomenius Ion.

οπιμή, significat, ἐμή, nisi, præterquam, & similia.

τέλειον, perfectum, confirmatum, euident, δὲ ὅτι ἐν ὁδῶν οὐ τέλειον. & τὰ τέλειον
 τῶν πελάτων, grandes oues.

ὑβείς, petulantia, & lasciuiā: ut de equis, κλειοῖ. & ὑβείζειν, de mulis, μέλπ.

συμφύλας, interpretantur σωστροφίας, κλειοῖ. significat autem correptionem.

οὐχ ὡς, pro ὡς. & Iliad. B. ὡς σὺν ὁ σωχοκόπτε.

αἵμασαι, septa. sed addidit Herodotus in primo, αἵμασαι πλινθίων ὁππῶν.

Odyss. αἵμασαις τε λέγων, Septa struens.

ἀτέοντες, nihil curantes. est & Homerus similiter usus.

κνημιάτων, θυτόπην. uagitus puerilis: significatio πεποιμμένως, ut uidetur.

γεωπῆλαι, γεωργίαι, quia agris non abundant.

ερχομαι φράσω, ὄρχομαι ὄρῶν, ὄρχομαι λέξω. & in preterito ἦα λέξω, ingrediar
 exponere. Virgilius: Sic contra est ingressa Venus.

ἰθαγενές, germanum, natiuum. οὐκ ἰθαγενὲς σόματά ἐστι, ἀλλὰ ὀρνυκτά: non sunt o-
 stia natiua, sed folsilia.

Ἀλεωνὴ χώρα, calida regio. & ἄλεια calor, ut in locis apricis.

ANNOTATIONES.

Articulus apud Ionas significationē pronominū habet, ἀλλ' ὅγε ταλθύβιον
 τε καὶ εὐρυβάτιον πρῶτος ἐπε. & ὁ γὰρ βασιλῆϊ χαλωθεὶς, πολυμν. ὃ ἐθέλει λῆγειν, id est, ὄναρ.
 Περσικὸν ἔλλω, θυτὸς πε. Επίσιος, ἐφίσιος. & Iuppiter ἐπίσιος.

λέγειν, sermo, colloquium. ἀπικέσθαι δὲ λέγειν πρὸς τὴν νείαν, mentionem factam
dicit Nibi. & καμώπει, γυνομίης λέγειν, uerba cum fierēt. & ἔμεγα, ὃ τὰ ἰώνων πᾶ-
θεα ἔσται ἔμεγα, ἀλλὰ τὰ οἰκίᾳ, non de Ionum malis, sed de suis fabulabuntur. et
πρὸς ἐλεγχῶν, celebris. Et apud Hesiodū, λέγειν, locus publicus de fabulis,
et colloquio uulgi, ut apparet, dictus, Odyss. δὲ ἐθέλεις ἐν δῶμῳ χαλκίῳ ἐς δόμον
ἐλθών, ἥτις πον δὲ λέγειν.

βαρίς, nauigium Aegyptiacum, δὺτόρπη. λιπαρίμ τε καὶ ἀρετῇ, constantia, seu tolerantia & fortitudine. λιπῶντε μόνοντο, durate, καλλίοπη. δὺτόρπη, ἐπέτε λιπῶντ' του ἥρακλ'εα, cum Hercules perseueraret in flagitando.

Εν δὲ αὖτε, Scythæ euirati, & uates Scythici, quorum & Hippocrates meminit γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα. sed ibi *καὶ αὐτοὶ πολεμοῦντες* uocat. Aliqui annotarūt, γὰρ αὐτοὶ πολεμοῦντες esse bellatores apud Ionas.

Ἀνδράζευ, uocem emittere, seu loqui. ἔν τ' ἄρ, ἐπειδ' αὖ. Μελεδωνός, cu-
ius curatio est, curator uel curatrix.

Συγμαίξεν, purgare τῇ συγμαίει, quam potionem aliῇ, aliῇ herbam aut radicē, aliῇ succum quempiam fuisse putauerunt. Μετεξέτοδοι, id est, σῶτοι.

ἡδεα, domicilia: id est, ea loca in quibus uel homines, uel animantes aliae
degere solent. Επισκοπή, cognitum de ipso fuit, innotuit.

καταίειν, diripere, sterneré. & Hom. ὁθι πορ πρῶας καταίει καὶ ἄλλους.

Λόγος etiam fabulam, id est, μῦθον significat. ut κληροῖ, ἔλεξε σὺ λόγον. & Αἴσω-
πος λογοποιός, & ἐκαστὸς λογοποιός. ὑπόπλη.

Αμείνονες ἀνὰ ἰων ᾤον, seiplos uicerunt. βαθυτάτη ἀντὴ ἰων, ubi profundissi-
mum est. item de Ιστρο, ἰστρος ἀντὸς ἰων ᾤον, id est, æquabili flumine fertur.

Εἰς τὸ, ἕως δ', donec. Ἀπεμαπύισε, significat apud Herodotum, crepitum
emisit. Ἀλεις, conferti. Ἄ ἄλίζεσθαι ac συναλίζεσθαι, colligi, seu congregari.

& ἀλίη, coetus. Γνωσιμαχῆν, interpretantur perpendere suas vires, quae infe-
 riores sint aduersariorum uiribus. Ita ἔρ. posset accipi θαλερά, εἰ μὴ νῦν μαθὼν ταῦτα
 καὶ ὁ Καμβύσης, ἐγνωσιμάχεε, significare uidetur simpliciter τῇ γνώσει μάχεσθαι, hoc
 est, mutare sententiam, & perpendere. θρανία, γνωσιμαχίετε μὴ εἶν ὁμοιοὶ ἡμῖν. & ὁ
 πολὺμ. γνωσιμαχέοντες καὶ τὰλλα, καὶ ὅτι χάρις ἀρεὰ εἶχον θυαίρετον.

Φρηνίς, mentis compos. Καταπείξειν, interpretantur gratis habituros, aut impune laturos esse, ἀπὸ τοῦ πεικός deducto uocabulo: ut θαλέα, ὁ καταπείξειν, de ijs qui Croesum conseruassent. & non minus in fine eiusdem libri, & πολυμνία. Sed τὸ πῶς ἰσχύει posse ita accipi uidetur, ut sit à uerbo ἰκέναι Ionico, & significet progredi longius, aut effugere, simile' ue aliquid,

Αμβώσας, αναβόσας. & Βεβωμένα, πρὸς βόντα, celebra.

Ασθ, molestia. & ἀσθενεῖν, molestia & dolore affici.

Ad αὐτὸν, & ἀνδάνειν, placere. ἀλλ' ὅτι ἀπρὸς τὴν ἀγαμέμνονι κίνδυνον θυμῷ. & ὡς ὁφεί-
 λον θάνατον μοι ἀδελφὸν κτερός. Ἀνίγει δὲ, rapere.

Μῦσις, κότθ. & ἐγκοτος, uehemens ira. Αἴνη, existimatio.

ἀρχα, de natura eque posuit Herod. δορτί, τὸ πωδῆμα. ἐπίπλα, supellex.

Ἀμφιβασία, disceptatio, uel dissensio. Εμβολαυ, rostrum in naui, & ueluti
 claustrum regionis. & de portis, χαλκόμεναι τ' ἔμβολα, Phoenissis.

παρεκτιῶσαι, *introducere*. Γρόφροισσι, κεφαλαί γυπῶν, *conferta capita*. &
de nauibus πολυμνία, ut & Homerus.

ἡμᾶς, indignari, offendi. ὑγιανός, id est, ἡγιανός, sanus.

Νέω Χμδύ,

Νεωχμῶν, nouare, id est, νεωτερίζειν. Φερέγγυθ, δ' αὐαμλνος, sufficiens.
Διαβάλλειν, calumniari, & infectari, & fallere, & uerba dare.

οὐκ ἰκνεομένης, & ἐκ ἰκνεομένης, non debite. & μάλλον τοῖς ἰκνεομένους, magis ὅ
conueniret. φῶρ, fur. Συναμωρέειν, uastare, perdere. & συναμωρός, noxius.
Γρόκα, subito. Εἰμλν, ἐσμλν, fumus. Ελιννύειν, acquiescere. Λαίσνια,
parma, aut pelta. Διασφάξ, crepido rupiū. Σπόρχειν, aduersari & offen-
di. & σπορχθεῖς, perturbatus.

πίσυνος, id est, πεποινῶς, fretus. ut & Hom. λῦορ' ἐν πίσυνωι ἢ λάρτεϊ χερῶν, sed
& Eurip. ὀρέειν, δορύβω τε πῖσυνθ' ἱάμαθ' ἐπ' ἄρ' ἡσίοι.

Απεσῶ, absentia: ut Democrito, ἀπεσῶ, bona constitutio.

Κληδῶν, & κληνδῶν, rumor, fama, omen. χαῖρε δὲ κληνδόνι. Odyf. v.

Σαρκαῖζεν, tondere significat. seu uellere, ut Μελπ. σαρκαῖσας βοὸς πλοῦρ' ἔν. atque
id & Hippocrati significat uerbum, γν' ἔσ' ποδὶ ἀρ' θρῶν α'.

Ionicus est & articuli pleonasmus. ut, τ' ἢ ἀνασῆσεν, ὅδ' ἄρ' εἶδ' ἡν ἡνάρξοι. p.
γ' ἡνάρξοι δὲ. in quibus o pronomen esse uolunt, & significare αὐτὸς, Ionice. Πο-
lymn. εἰ μὴ γ' ἡνάρξοι σφάλα φόρῳ ἔσ' βαρβαρῶν, ἢ μλν ἐλεγγ' ἔδ' ἐν, ὅδ' ἐκ οὐτυχέστα-
τα ἐκλεγομένης: Si quid inerat quod fraudi esset barbaro, eorum nihil memo-
rabat, sed eligens maximè faulta. Est autem & aliorum pronominum hic u-
sus. εἰ δὲ πᾶντα ὑποδύειν ἐκ ἐλελήσας, σὺ δὲ πάντως σφάτ' οὐμα ἀνάρξαι: pro, ἀλλὰ πᾶν
τως ἀνάρξας. & rursum, ἢ σέ γε, pro ἢ γέ. Iliad. ε'.

Ὅς ἐπ' ἀρ' κε κἀμκοι κούας τ' αὐδ' ὄρας τ' ὀρεθίζων,

οἷτέ μιν ἐκ εἰῶσι βοῶν ἐκ πῖαρ ἐλίδων,

Γαννύχοι ἐγρήσοντες, ὅδ' ἐκρεῖων ὄρα πίζων, ἰθὺς.

Ξενίλῳ & Φιλίλῳ, & ὁμαίχμῳ σωθέσθαι & δαλύνεσθαι, hospitij amicitia &
belli coniunctionem & dissolutionem significat.

Επισφίεως, accuratè, oblique, uehementer. Annotarunt & hoc, Iones
appellare δ᾿ ἄπνα, coetus triginta hominū, qui simul cibum caperent: Home-
ro tamὲ δ᾿ ἄπνον simpliciter cibum significat, atq; etiam equorum pabulum:
Νῦν δὲ ὄρχεθ' ὑδὶ δ᾿ ἄπνον. &, εὐ δὲ λς ἱπποισιν δ᾿ ἄπνον δ' ὄτω. Λαύρα, angiportum:
ut & Odyf. χ'. Ανέγνωσε, persuasit. Τέλη, impensa & ordines.

Σαγῆρες, secures aut bipennes, aut aliud barbarici teli genus. Αἰθλῆς, ge-
nus teli, & (ut uolūt) pharetra: sed significat apud Herodotū, ferrum, ut opi-
nor, sagittæ.

Φάλαρα, ornamenta equorum. Χῆνες, quæ in caprificis bestiolarum nascunt:
Σχοινοτενῆς, rectum. Εὐμαρῆς, stercus. Γεσθόμνα σιτία, id est, ὅπ' ὥμλνα. πῶς
σεν enim coquere, & cōficere, ut Homero quocq; μεταφορικῶς, γόρα πῶς ἐμλν.
Φαγῶς, portio. Ούσανοι, id est, κρωσσοί, bulle, aut fimbrie in clypeis, & tunicis.